



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Annus Cisterciensis

In quo Pia, Et Brevi Apostrophe proponuntur Veneranda, & Imitanda Gesta
præcipua, & eximiæ Virtutes Sanctorum ac Beatorum utriusque sexûs
Ejusdem Sacri, Et Ab Origine Sua Exempti Ordinis


Meglinger, Joseph

[S.l.], Anno MDCLXXXIII.

10. Octobris. 6. Idus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45314

neritis ante thronum gloriae ipsius:
 Latati sumus pro diebus, quibus nos
 humiliasti, &c.



10. Octobris. 6. Idus.

B. GUNDISALVE Abbas Junien-^{Floruit}
 sis in Gallæcia: qui ut vitam egisti ^{circa}
 omni sanctimonia claram, ita finem ^{annum}
 imposuisti plenam prodigiosis eventibus. ^{1300.}
 Postremo enim die postquam in
 quadam Ecclesia extra cœnobium
 consueto pietatis ardore Agnum im-
 maculatum æterno Patri obtuleras,
 monitore interno horam transitus in-
 dicante, haud procul à cœnobio inter
 duas rupes in preces procumbens, ma-^{Campa-}
 nibus oculisque in cœlum erectis tum ^{ne so-}
 primùm inventus es, cum æs campa-^{nus}
 num sua sponte signum rei insolitæ de-^{mortens}
 dit. Ad quod accurrentes filii mixto ^{prodit.}
 gaudiis dolore funebri pompa corpus
 terræ commendarunt, nec ante sile-
 bant æneæ linguæ, donec exequiæ fi-
 nem habuerunt. *Id enim verò certum*
est; mortem esse viæ echonem: parado-
xum est, bene mori illum, qui malè vixit.
Misericordiæ Domini multæ, sed & Justi-
tiæ. Doce me ita vivere, ut mori ne ti-
meam.

B. HUGO

*Obijt
anno
1151.*

B. HUGO cognomento Matisco-
nensis, ex Abbate primo Pontignia-
censi Episcopo Antisiodorensis, ad ge-
minum honorem nempe ab excelso-
rum animorum genitore BERNAR-

*Resiliē-
tem re-
trahit
Ber-
nardus
non si-
nè pro-
digio.* D O bis genite. Cùm enim milites sa-
cros Cistercio donandos juvenis colli-
geret, túque jam nomen nobili illi Al-
bo inseruisses, à sodalibus peruersus,
pedem retraxisti. Sed strenuus Dux
BERNARDUS stratagemate usus,
te pluviâ è sereno cœlo educta a se-
ductoribus sejunxit, tibique unâ cum
cœlo pro voto serenum animum mox
reddidit. Pontigniaco deinde præfe-
ctus celeri filiarum procreatione ip-
sum etiam Parentem superâsti, vel ob
hoc unum æterna dignus memoria,

*Exem-
ptioni
Ordinis
viam
aperit.* quòd januam aperueris primus, per
quam ab Episcoporum imperio Ci-
stercium fuit *Exemptum*: Obedientiâ
Episcopo non nisi *Salvo Ordine* pro-
missâ: quod deinde plumbo Roma-
no firmatum suum adhuc pondus ce-
lebri Ordinis gloriâ conservat. Singu-
laris Providentiæ Divinæ argumen-
tum fuit, quod ad Insulas Antisiodo-
renses fueris assumptus, ut exemplo
præires Privilegio, quod fueras exor-
sus. Et habuit illa Sedes acrem Juri-
um Ecclesiasticorum defensorem, sed
prudentiâ

prudentiâ non vi stabilientem Jura.
 Hinc in Concilio Rhemenſi Gilbertus
 errorum ſuorum te ſtrenuum exper-
 tus eſt umbonem: & dignitatis oppug-
 natores murum inexpugnabilem.
 Quietem denique daturus laboribus in
 Pontigniaco curſum vitæ abſolvifti.
 Vivere tamen te poſt quatuor ferè ſe-
 cula, tunc non penitus cæci, credide-
 runt hæretici, quando opinantes ſe
 furere in etiam tunc incorruptum S.
 Edmundi corpus, tuum è tumulto ex-
 traxere, & redegere in cineres. Præ-
 clariffima hac te Laurea donavit im-
 pietas, ut & ſinè dolore, & pro hono-
 re alterius, Martyrii diadema reporta-
 res. *Caruiſſes hac gloriæ corona, niſi te
 Bernardus revocaſſet ad curſum: ita tu
 me, cum vides à cæpto bono opere langui-
 dum recedere, hortare ad perſeverantiâ,
 quam ſolam manet corona.*

400.
 annis
 incor-
 ruptus
 ab hæ-
 reticis
 Mar-
 tyrio
 corona-
 tur.

S. BERNARDUS, *Epift.* 129.

Non qui ceperit, ſed qui perſeverave-
 rit uſque in finem, hic ſalvus erit.
 Saul cum eſſet parvulus in oculis ſuis,
 rex eſt ſuper Iſrael conſtitutus: non
 perſeverans in humilitate, & regnum
 amiſit & vitam.

Perfe-
 veran-
 tia.

II. Octobris.